



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Inhumanitas dicitur qui seipsum nimis contemnit, & peccare in hoc potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

genere: quoniam contemptus beneficij est contemptus non tam effectus quam boni affectus benefactoris & contrariatur directe dilectioni debitæ benefactori. Contingit tamen hoc esse veniale propter imperfectionem actus, & propter primum motum ad contemnendum, & propter beneficium minimum: quia minimum tanquam nihilum: ita quod inde fiat ut contemptus non sit perfectè contemptus propter imperfectionem materiae: sicut furtum rei minimæ non est perfectè furtum propter imperfectionem materiae.

Materialiter autem incurritur ingratitudinis peccatum, quando vel omittitur aliquid necessarium ad gratitudinem, vel committitur aliquid offensuum benefactoris non eo animo ut ingratus sit, sed alia intentione. Et talae ingratitudo non est speciale peccatum, id est circumstantiae peccati in benefactorem commissi. Et si quidem omittitur aliquid de necessitate salutis exhibendum benefactori, aut committitur aliquid de necessitate salutis, caendum ne fiat in benefactorem, peccati mortalis rationem induit circumstantia illa. Si vero omittitur aliquid aliter debitum, aut committitur aliter vitandum, venialis est. Et quia in omni peccato includitur huiusmodi circumstantia materialis ingratitudinis ad Deum omnium datorum, non oportet scrupulo quemquam moueri de huius confessione circumstantiae, sed de illius contritione assidua solicitum esse. Verum quando offensa notabilis in benefactorem aliquem commissa est, explicanda est, sicut aliæ circumstantiae aggrauantes iniquitatem, non tamen mutantes speciem.

Inhumanitas dicitur qui seipsum nimis contemnit, et peccare in hoc potest.

Inhumanitas

354 Inhumanitas.

Inhumanitas (qua homo hominem se esse quia oblitus, alienæ misericordiæ non se aestimat particeps) peccatum est durioris cordis, qui misericordiæ virtutem tollit, qua humani nihil à nobis alienum putamus, & quasi vnum membris I E S V C H R I S T I patitur, reliquum compatitur: sumus etiam omnes vnum corpus in Christo, singuli autem alter alterius membra, inquit Apostolus. Habet autem duas malas matres: quoniam ipsa cordis duritia ex superbia nascitur, qua quis se tanti tenet, quasi sit adeò celsus, ut ad ipsum mala vix pertingere possint, exterior vero omissione subventionis, ex auaritia nascitur. Vnde inhumanus à tribus est vulneribus curandus, ut dicat quid est, misericordiam volo.

Iniustitia semper est peccatum mortale.

Iniustitia (quia quis iniustum facit in quantum mortaliter) peccatum est mortale ex suo genere: quia illativa est documenti quod charitati repugnat. Et hoc intellige quando homo facit per se (hoc est ex intentione) aliquid iniustum, intendens rem, aut famam, aut honorem aut membrum &c. tollere. Nam quando per accidens aliquis iniustum facit (puta quia nec intendit offendere in aliquo proximum, nec scit per se pastum suum laedere quenquam) non est peccatum mortale: nisi magnitudo documenti illati aut negligencia sciendi reducat actum in naturam iniustitiae. Exemplum primi: si quis ex loquacitate mulierem communiter habitam pro pudica, laedat norabiliter in eius fama. Exemplum secundi quantum ad ignorantiam facti: si quis iaciendo sagittam interficiat hominem ibi manente: quia non fecit diligentiam suam an ibi posset homo laedi sagitta. Quantum autem ad ignorantiam iuris: ut si quis violenter eiiciat propria auctoritate hominem iam olim possidentem agrum suum.